


August Varenius

**Gloriae Spiritus Sancti Benedicti Dei Israelis Domini Vivificantis qui ex Patre & Filio procedit qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur Sacrum Pentecostale ipsa die solemnum anniversariorum prima, XIX. Maii**

Rostochii: Keilenbergius, 1678

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733992471>

Druck Freier  Zugang









T. 512.

---

1678. Pfingst.

~~A-1256.~~ 26.



GLORIE

1678.

# SPIRITUS SANCTI

BENEDICTI DEI ISRAELIS  
DOMINI VIVIFICANTIS

qui ex PATRE & FILIO procedit  
qui cum PATRE & FILIO simul  
adoratur & conglorificatur



## SACRVM PENTECOSTALE

centennium anniversariorum prima, XIX. Maji  
publicè propositum

RECTORE ACAD. ROSTOCHIENSIS

AUGUSTO VARENIO, D. Collegii  
Th. Seniore, & Consistorii Ducalis Assessore.

Jes. LXIII, 11.

*Ubi est, quæ posuit in medio Israelis SPIRITUM SANCTITATIS SUE?*

Jes. LIX, 21.

*Meum autem, meum hoc erit fedus cum illis, ait JEHOUA, SPIRITUS meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent ex ore tuo, nec ex ore seminis tui, nec ex ore seminis seminis tui, ait JEHOUA, ex hoc tempore usq; in seculum,*

I. Pet. IV, 14.

*Si convitiis affici mini in nomine Christi, beati estis, quoniam & ille gloria, & ille Dei SPIRITUS super Vos requiescit, qui ab illis quidem blasphematur, apud Vos autem glorificatur*

ROSTOCHII,

Prelo FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typographi.

Anno MDCC LXXIIX.

M 1256<sup>26</sup>



**M**Ajerkatis SANCTI SPIRITUS (qui DEO PATRI ET FILIO ὁμοούσιος, nec essentiali numero distinctus, quippe unâ cum *Patre & Filio*, prout unus æternus & verus *Deus*: ita & unus æternus SPIRITUS Joh. IV, 24. & cui æque, ac *Patri & Filio*, à Seraphinis acclamatur: SANCTUS Jes. VI, 3. Joh. XII, 41. alio tamen non minùs ineffabili modo, & ordine hypostatico, quo nō Pater, non Filius, solus, æternus est æterni PATRI ET FILII SANCTUS SPIRITUS) illustria quidem documenta panduntur in universorum, *visibilem & invisibilem, Angelorum in primis & hominum creatione*, ac sustentatione: at illustriora longè & admirandis cœlestibus pleniora in Ecclesiæ plantatione, conservatione, gubernatione. Illorum vel in ipso scripturarum limine Præco Moyses (ne quis in V. T. sine negandam, sine, salvâ fide unius æterni veri Dei, Sanctis ignoratâ opinetur Sanctissimi SPIRITUS æternam distinctam, à PATRIS & VERBI FILII persona, hypostasin, cum Patre & Filio, ὁμοούσιον, equalē gloriam, & æternam maiestatem, sic, ut exautorato S. Spiritu, illo indivisibili, & teste clarissimo verèq; divino & cœlesti oraculo, vel rescripto Jer. X, 11. cum positivè, tum negativè reciproco, & proprio uni & soli vero Numini caractere Creatoris, negetur esse *Jehova Deus verus, Deus vivens, & Rex sempiternus*, atq; ita Sabellianismo & Photinianismo, Arianismo non minùs & Macedonianismo, ac Eynomianorum & Anabaptistarum hæresi in V. T. concedatur regnum) in ipso opere creationis, non SPIRITUS saltem meminit: sed & *Spiritus Elohim*, & ejusdem sub ratione principii operantis (מְרַחֵם) què adeo SPIRITUM Creatorem, Spiritum S. Elohim s. Patris & Filii fuisse, consonante præprimis Mosi Davide, *universum caelorum Exercitum SPIRITUI ORIS, s. VERBI JEHOVA*, velut Conditori magnâ voce vindicante Psalm. XXXIII, 6. usq; adeo in fide veterum sanctorum fuit, ut nec in ipsâ Judæorum Synagoga talis intelligentiæ desint vestigia, quomodo & in vetustâ paraphrasi Hierosolymitanâ Spiritus ille appellatur רוח רחמים מן קדש יהוה i. e. *Spiritus misericordiarum à DOMINO*, & licet uterq; Targumista prædicatum de illo SPIRITU Mosaicum expresserit per נְשׁוּמֵי שְׁמַיִם standi vel afflandi vocabulum, in ipsâ tamen paraphrasi, prius illud explicetur per *incubationem*, qualis sit *columba, incumbens nido s. pullitici*, atq; sic *Spiritus S. incubans aquis* repræsentetur in emblemate COLUMBAE, quomodo ad h. l. ex veteri Traditione, quæ etiam Talmudistis notata est in Chagiga, à Raschio, talis affertur interpretatio: THRONUS GLORIÆ stans in aere motavit se incubando aquis per SPIRITUM ORIS DEI SANCTI ET BENEDICTI, & per SERMONEM ejus, sicut columba incumbens nido pullescenti vel plumescenti, non ad ledendum (sed ad fovendum & ad volatum provocandum illos) expressâ confessione Dei S. benedicti, Sermonis, & SPIRITUS ORIS Dei benedicti, quo sit facta creatio, consonanter planè superiori



xerint, adeo ut in *Baal baturim* ad illud comma Mosaicum ponatur: *וַיְהִי רוּחַ שְׁלֹמֹה מִן הַשָּׁמַיִם* i. e. *Hic Spiritus incubans aquis est SPIRITUS Regis CHRISTI*. Neq; verò alius, quàm ille Elohim s. *Patris & Filii SPIRITUS*, intellectus est, sive ipsi *Elibu*, Jobi XXXIII, 4. *SPIRITUS*, inquit, *DEI fecit me*, sive DAVIDI conservationem creaturæ, per influxû non nudè *permisivum*: sed *positivum*, SANCTO SPIRITUI *cum timore ac tremore* afferenti, quando *Spiritus creati, & increati S. SPIRITUS* naturâ summè disparans, de illo quidem pronunciat: *DEO recipiente Spiritum, expirare, ipsamq; creaturam perturbatam, in pulverem suum reverti*, de hoc autem: *Emissio S. Spiritu, creaturam recreari, & faciem terra renovari*, sic ut meritò exclamet David: *sic honor ipsi Jehova ipsiq; sic SPIRITUI S. CREANTI & RECREANTI in secutu!* Pl. CIV, 30. 31. Sed frustra de universali illa Sancti SPIRITUS apud omnes creaturas præsentia, commentamur post Davidicum illud axioma: *Quo irom à SPIRITU TUO?* Psal. 139, 7. Juvat illustriorem Sancti SPIRITUS in Ecclesiâ, cùm illâ, quæ felicissima tempora antecessit, tû, quæ illâ ipsamq; sic *ἐκίνησεν* inter nos VERBI INCARNATI excepit, præsentiam, quæq; in illam ex immenso fonte, sive in CAPUT, *sine*, sive in membra, *non sine mensurâ* diffunditur, *gratiarum vel charismatum* cœlestium œconomiam, ac quomodo ille *gloria, ille Dei Spiritus*, in illius gubernatoriâ sese manifestarit, submissè reverenterq; considerare. In quem finem celeberrima duo oracula Jesaiæ præmisimus, quorum alteri ad *Veteris*, alteri ad *N. Testamenti* Ecclesiam, princeps respectus est. Antecesserat jam C. LXIII, 10. SPIRITUS SANCTI, & ut rebellione Israelitarum, summis ipsius *Jehova & Angeli faciei ejus* s. Dei Patris & Filii beneficiis, quæ commemoraverat v. 7. 8. 9. prodigiosa ingratitude respondentium, *exacerbati & dolore affecti, & ut illis rebellibus in inimicum conversi, sic ut velut hostis pugnarit contra illos*, amplissima mentio. Licet autem jam inde ab Exodo, & sub Mose, XII. illis *famosioribus murmuracionibus in deserto*, & deinceps post fata *Jhosue, sub Judicibus & Regibus*, per Prophetarum ad *Isaiam* usq; tempora (ad quæ posteriora & à temporibus Mosis remotiora respectus hic in literâ est Propheticâ) sic SANCTUM illum SPIRITUM *exacerbatum hostemq; Israeli factum* meminerit v. 10. ne tamen de *miseri cordiâ S. Spiritus vel Dei ipsoq; Israele conclamatum* penitus actumq; videretur, immediatè subjungit v. 11. *Deus* (vel ille *S. Spiritus* in illâ ipsa commotione, *miseri cordiâ recordatq;*) *recordatus*, in quâ, est *dierû עולם* vel seculi s. *priscorum illorum temporum, recordatus est Mosis, & populi sub Mose ex Aegypto olim egredientis*, quod memoriale Dei misericordis, *ob gloriam sui Nominis* populi miserentis, *patheticâ sermocinatione vel prosopopeia divinâ* repræsentat, talis sc. *Ubi nunc qui eduxit istos è mari cum Pastoribus gregis sui, (e. c. Mose, Ahrone, Jholua?) Ubi ille, qui posuit in medio illius*



lux) v. 12. *Qui incedere fecit ad dextram Moſis, brachium gloria ſue,*  
atq; ſic *Brachio glorię & SPIRITU, Moſem apprehenſa quali dextrā deduxit,*  
& ſub Moſe populū. Sequitur paulō poſt v. 14. *Ut jumentum leniter & cō-*  
*modē in convallē deſcendens, SPIRITUS Jehovę quietē deduxit eum* (Iſra-  
elem) Et illuſtriſſimum quidem, quod hic, cū pro SS. Trinitate, tum  
pro S. Spiritus Deo Patri & Filio ὁμοουσίον divinitate & æqualiter ſummā  
gloria ac Majeſtate, datur argumentū, ut tamen contra illos, qui ſive neg-  
gant, hæc de SPIRITU S. intelligenda, & de humano Moſis Spiritu interpret-  
tantur, ſive in conſcientiā convicti, agnoſcunt quidem hæc de SPIRITU S.  
ſcripta, negant tamen talia, quæ *ſummam ejus atq; Patri æqualem divinitate*  
*ē* probent, hic dari prædicata, operoſe urgendum non ſit, quod nuſquam,  
ubi mentio, irritati ſia Spiritus, mentio fiat Spiritus Moſis, ædūm Moſis, vel  
ejus Spiritus ut exacerbati, ut murmuratiōnis rebellium objecti, quippe qua-  
le ſe, ipſamq; ſic Iſraelis exacerbatiōnem, in ſe animūq; ſuum redundare,  
apertisſimis verbis Moſes negavit Exod. 16, 8. ſcil. Legi quidē Iſraelitas Moſi  
invidiſſe Pl. CVI, 16. Moſi malē propter illos fuiſſe: at non legi illos Moſis  
Spiritum, vel Moſem exacerbate & dolore aſſeſſiſſe, quin etiā daretur legendū,  
prout hic, Jet LXIII, 10. habet Vulgatus: *Ipsi ad incūdiām provocarunt &*  
*aſſixerunt SPIRITUM SANCTI ejus & v. 11. Ubi eſt, qui poſuit in medio*  
*ejus Spiritū Sancti ſui, non poſſe tamē id de Moſe intelligi, quia hic nōs quā*  
*ſub unitatis numero SANCTUS DEI indigitetur: eundem eſſe ab Iſraelitis*  
*irritatū vel acerbatū & illis irritantibus mutatum in inimicū, ac con-*  
*trā eos præliatū: atq; illum memorari SPIRITUM SANCTUM. E. & illud*  
*de mutato in inimicū, & debellatore Iſraelitarū non referendū ad Dei*  
*nomen remotius v. 7. ſed ad immediatē proximum I. Spiritum S. v. 10. At*  
*quotiens jam inde à murmuratiōne primā poſt Baptiſmum maris & nubis*  
*leguntur in hitoriā Moſaica Iſraelitæ murmuſſe contra Moſem? Conf.*  
*Exod. XV, 24. c. XVI, 3. c. XVII, 3. & ſeqq oblocuti DEO & Moſi Num. XXI, 5. ut*  
*adeo locus Exod. XVI, 8. non neget ſimpliciter vel abſolute: ſed ſaltem reſpe-*  
*ctivē, hypotheticē, (ex Iſraelitarū præſumptione, ac ſi tales murmuratiō-*  
*nes ultimō in Moſem, non Deum ipſum redundarent) comparativē & ſecū-*  
*dūm quid, qualibus negativis nihil in utriusq; Teſtamenti Scripturā fami-*  
*liarius. Et annon, utut incomparabiliter, præ omnibus mortalibus, manſue-*  
*ritus & πραχόςω Moſes, aliquando tamen in rebelles accenſus irā fuit val-*  
*de? Conf. Num. XV, 15. Annon in eodem hymno Davidico CVI. in quo me-*  
*moratur ipſi Moſi malē fuiſſe propter Iſraelitas, v. 32. immediatē ſubjungi-*  
*tur, v. 33. quod Iſraelitæ exacerbaverint Spiritum ipſius, ſane Moſis, & ita*  
*quidē ut hic exacerbatiōnem illam paſſivam & præcipitanter dicto, & factō*  
*reſtatū, exinde, ſibi æquē ac Ahroni, ſanctificatiōnis incermiſſionem,*  
*quin rebellatiōnem & prævaricatiōnem, ab exoandefcente vel propter Iſra-*  
*elitæ*



propterea sibi exclusionis à terra promissà trans Jordanem, sententiam, non sanè sine dolore, totiens audire coactus fuerit conf. Num. XX, 10. 12. 27. XXVII, 14. Deut. 1, 37. c. III, 27. c. IV, 21. c. XXXII, 51. Licet quoq; Moses nunquã in Scripturis in singulari numero appelletur *Sanctus Dei*, tamen cum primariù facile in choro *Sanctorum Dei* nomẽ, Moses, & ipse *Abron* unitatis numero, *SANCTUS DOMINI* appellatus fuerit, Ps. CVI, 16. non adeo inde invidium argumento robor, quin, admisã lectione Vulgati Latini, *de Posito in medio Israelis, & exacerbato SPIRITU SANCTI*, ex ipsã naturã prædicatorum potiùs inferendum tunc foret, illum *Sanctum DEI*, hic non *Mosen*: sed *CHRISTUM* esse (qui libi in fonte Davidico Ps. XVI, 10. dictus מוֹשֶׁה בְּרִיחֵי יְהוָה, interprete Lucã Act. 2, 27. appellatur à *ὁσος τοῦ κυρίου*, & à Vulgato quoq; l. alleg. *Sanctus Dei*) sed & prout in illis *benignitatibus DOMINI*, vel quæ sub *Dei Patris* v. 7. & 8. *Filiis*, velut qui appellatur *Angelus faciei Dei*, v. 9. caractere exprimentur, *gratia* prædicatis, non excluditur à communi autoritate beneficiorum, *Sanctus Spiritus*: ita nec ab *objecto irritationis*, ejusdemq; *mutatione in hostem & debellatione rebellium*, excluditur *Pater & Filius*. Quis enim crediderit *irritari, exacerbari, vel in hostem rebellibus converti, & ad pugnam contra hos provocari posse Spiritum S.*, sic ut placatus, propitiusq; maneat *Pater & Filius* s. *Deus* cujus ille est *SPIRITUS*? Quia prout rectè, pro non excludendo *Spiritu S.* in prædicato m. 2. v. 10. urgetur aperta oppositio inter *irritationem Israelitarum & mutationem objecti irritati in inimicum, secutamq; contra ipsos pugnam, quæ tota periret, si Spiritus S. quidem ab Israelitibus fuisset exacerbatus, non autè Spiritus S. sed Deus Pater fuisset Israelitis in inimicum mutatus*: ita & periret oppositio inter *Dei beneficia, & Israelis maleficia, quæq; hæc exceperunt, divina supplicia, nisi ille Deus à quo Israel tot beneficiis affectus* v. 7. 8. 9. crederetur quoq; *exacerbatus, inimicus & bellator contra Israelitas factus, atq; adeo non minùs PATER ET FILIUS, quàm SPIRITUS SANCTUS*. De *Patre & Filio* prædicatur, *Israelem in populum asserere, dilectione & clementiã suã illi vindicare, illi omnibus diebus seculi bajulare*, v. 8. 9. Non excluditur *SPIRITUS S.* De *SPIRITU S.* prædicatur, ab *ingratis Filiis, rebellionem prodigiosam pro tantã gratiã reddentibus, irritari, exacerbari, & ad hostile bellum contra illos provocari*, v. 10. Non excluditur *PATER ET FILIUS*, quippe non minùs offensi, quàm ubi offenditur, ubi *conviciis afficitur, & vel blasphematur communis, & æqualiter intimus utriq; S. SPIRITUS, SPIRITUS gratiã & precum*, Sach. XII, 10. Hebr. X, 29. usq; adeo, ut *blasphemiam in S. SPIRITUM & in hoc & futuro seculo* (prout habet *Matthæus* cap. XII, 31. 32.) vel *ἐἰς τὸν αἰῶνα* i. e. *in æternam* (prout habet *Marcus* c. III, 29. atq; adeo nunquã prout habet *Luc. XII, 10.*) *remissum iri pronunciat* *veritò ἁρτή*. Ceterum non tam de *S. SPIRITUS* divinitate, quàm *PRÆ-*

SEN-



credere, nec ex Itaiano hoc commate legere, vel in alterâ sine alterâ quicquam commentari licuit. Quis enim ille SPIRITUS, in medio, vel intimo Israelis positus, & adeo in Ecclesiâ V. T. habitans vel requiescens? Certè nõ Moſis Spiritus, qui jam diebus illis præſens, quorum æquè ac Moſis recordatus tunc Deus memoratur v. 11. cœlo receptus erat: sed SPIRITUS SANCTITATIS (SANCTUS) An autem Moſes Spiritus Sanctus Dei? An uſpiam illud nomen attributum Moſi? An uſpiam de quocunq; Sancto mortali vel ejus creato Spiritu ejusmodi in S. literis prædicatum, ut dicatur talis Spiritus positus in intimo Eccleſiæ? Et quidem ita positus in hujus intimo, ut velut ſupremus Ductor Eccleſiam regat, ad inſtar Paſtoris blandè, placidèq; ducat v. 14. à rebellibus irritatus, hos potentiffimè debellet? v. 10. Nihil horû in Moſen, cujus animus, nec dicitur, nec dici potuit SPIRITUS S. DEI, vel Angeli facierum ſ. Chriſti, qui: licet aliquando exacerbatus, nec tamen illig exacerbationis ultimum ſupremumq; objectum fuit, nec tunc exacerbari ab Iſraelitis, illâ, quæ hic formaliter memoratur, rebellionem potuit, quando recordatus Deus Moſis velut, qui tunc non amplius mortalibus choris interfuit: sed jam olim præſens diebus extiterit? Sed nec unquam ſic Moſes mutatus in inimicû, ut contra Iſraelem pugnaverit, quin incredibili lenitate, & admiranda alicubi interuentionis, præ exuberante charitate, voto, deprecator culpa Iſraelis apud Deum interceſſit, conf. Exod. XXXII, 12. 13. 32. Num. XIV. à v. 11. ad v. 21. Deut. X, 18. 25. & ſeq. Non fuit Moſes vel hujus Spiritus ille SPIRITUS S. Ductor: sed ab hoc SANCTO SPIRITU poſito in medio Iſraelis, unâ cû ceteris Paſtoribus gregis, totoq; grege Iſraele, ipſe ductus conf. v. 11. 12. 13. 14. qualis ſanè SPIRITUS ultra, ſupraq; Moſen, velut ultimû ſupremûq; irritationis Iſraeliticæ objectû (quod in univerſâ Scripturâ non aliud agnoſcitur, quam 7777 Num. XIV, 11. 22. 23. Deut. I, 37. DEUS EXCELSUS Pſal. LXXII X, 17. 40. 56. 58.) & talis ſupremus Ductor, qui & Moſen ducebat, eiq; Spiritum, & eorum populum, non potuit non natura unus verus & ſempiternus Deus eſſe, præter quem non eſt alius, ac nihilominus eſſi unus ille idemq; numero eſſentiâ Deus, tamen non illa ipſa perſona diuina, cujus nominatur SPIRITUS, quin porro, quia antecederat jam mentio & perſona quæ ſit Jehova, & perſona quæ ſit Angelus faciei illius Jehova, & nunc v. 10. 11. 14. ter mentio S. Spiritus, qui ſit Spiritus Sanctitatis Angeli faciei, & illius Jehova, ſanè & Perſonarû in unâ eſſentiâ diuinâ Trinitas, & Sp. S. diuinitas ac diuina & diſtincta hypochiſis, & ipſe quoq; ordo perſonalis, & aterna emanatio Spiritus, à Patre & Filio, adeo in hoc textu Iſaiano inſinuantur, ut in pudorem ab ipſâ prophetia Iſaiana dentur, qui ſive nihil, ſive nonniſi longâ nocte opacum de his myſteriis ſub V. T. reuelatû, pronunciare non verentur. Non permittit hujus chartæ anguſtia recensere in præſens operationes S. SPIRITUS, communes illas, in Eccleſiâ omnium V. & N. T. temporum,



rum, & vel respectu totius Ecclesie Corporum, vel singulorum live *conversitudo* *Utrum*, ut vivant, live jam *conversorum*, & credentium, ut *fideles ad usq.* mortem permaneant, ac quomodo SPIRITUS in intimo Ecclesie positus, jam inde ab orbe antediluviano mundū redarguendo Gen. VI. 3. Joh. XVI. 8. mentem illuminando, voluntatem flectendo, in corde nobis motu accendendo, vel, ut stilo id exprimamus Prophetico, *cor lapideū amovendo, cor carneū, vel cor, Spiritumq. nobis singulis, SPIRITUI S. præsenti in Ecclesiā, non resistentibus*, dando, & ut in statutis Dei ambulent, ac jura Dei faciant, in illis faciendo Jer. XXXI. 18. 19. Ez. XI. 19. c. XXXVI. 26. 27. Phil. II. 13. *Contritos pauperesq. Spiritu*, ne hic, ipaq. anima peccatorum motu onusta obruat, resciendo, vivosq. observando, & illorum non Spiritū saltem: sed & corpora velut sua templa inhabitando, ac ubi consilio suo pios hic deduxit, in gloria (æternam) recipiendo, Jesh. LVII. 19. 20. Mar. XI. 28. Pf. LXXIII. 24. Rom. IIX. 9. 11. Nec speciales illas, quomodo ille benedictō Dominus Deus Israel SPIRITUS ille Patris & Filii, per os omnium, qui à seculo fuerunt Prophetarū suorum, locutus Luc. I. 68. 76. 1. Pet. I. 11. 12. 2. Pet. I. 21. Apoc. 19. 20. quomodo SPIRITUS ille laborum Messie Is. XI. 4. Davidē, instinctu afflatuq. celestium amatum Psalmis Israelis reddiderit, 1. Sam. XXIII. 1. 2. Marci XII. 36. Act. I. 16. c. IV. 25. quomodo prophetarū Scholas seipso luq. flaminis Sacratissimo quodam & insuperabili aliquando impetu impleverit, sic ut vel Saul ingressus, derepente Spiritu sacro actus occasione adagio sacro dederit: Numquid Saul inter Prophetas? 1. Sam. X. 10. c. XI. 16. Atq. illa S. SPIRITUS præsentiā vivit & vegetatur Ecclesia, unde cum Babylone, velut sepulcro educenda esset, ne huic novellæ, in Judæa plantanda, illa deesset præsentia S. SPIRITUS, in ipso sacratio materiali Mosaico nube gloriosè tabernaculum implente, & S. Spiritu ex Propitiatorii operculo è medio Cherubinorū loq.vente, signata (Ex. XXV. 22. c. XL. 3.) olim gloria, illa sc. de quā Nech. c. IX. 10. SPIRITUM tuū OPTIMUM ad intelligentiā dedisti illis, blandissimè Deus per Ezechielem: Ego, inquit, SPIRITUM meum ponā in medio vestri, ut REVIVISCATIS c. xxxvi. 17. c. xxxvii. 14. nec minùs eidem ex sepulcris Babylonicis jam educta acclamatur in Haggæo c. II. 4. 5. Ego Jehovah Zebaoth sum vobiscū, cum VERBO, & SPIRITU meo stante in vobis. NE timeatis! Ac licet condito jam templo 2. in V. T. post Malachiā non jam amplius S. SPIRITUS Prophetas sic ageret, ut ab illo acti Prophetiam Canonicam scriberent, quo respectu Judæorū Magistri inter V. q. 6. templo 2. defuerint, numerāt Spiritum S. & Schechinam s. præsentiam majestatis divina, non defuisse tamen illā S. SPIRITUS præsentia, quin & quoddā Prophetiæ donum adusq. felicissima MESSIÆ tempora, testis annosus Sacharias repletus Spiritu S. & inde Propheta de Messia ejusq. Antecessore magnificentissimo Luc. I. 67. Testis evλαβης Simeon, cui fuerat divinitus nuntiātū à Spiritu S. ipsam non visurū mortem prius quā vidisset CHRISTUM ihū DOMINI Luc. II. 25. 26. Testis idem, luculentus propheta & de Infanti Jesu, posito in casum & resurrectionē multorum in Israel, inq. signū αντιλεγομενων, & de Mariæ obvoluturis v. 32. 34. 35. Testis Anna Prophetissa, Testes illi q. bi memorantur Hierosolymis expectasse redemptionē & consolationē Israelis Luc. II. 25. 33. Testis vel ipse, et. h. corruptissimus, Caiaphas Pontifex, oraculū illud edens: Conducere ut unus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat, quod se semetipso non dixit, sed quum Pontifex maximus esset, Prophetiā hanc, fore ut Jesus pro gente moreretur, edidit Joh. XI. 50. 51. Et jam venit Sioni Redemptor, venit, quod alterum habet oraculū Isaianū Redemptor, et. h. merito (prout gentibus) ita & Judæis omnibus, actualis tamē salutarisq. perceptionis respectu, nō omnibus: sed solis à magnā illā, quæ circa Messia manifestati tempora, in Jacob s. Judæis, regnū obrinebat, apostasiā ad fidē Sanctorū Patrum, revertentibus c. LIX. 20. Veniente autē REDEMTORE, venit quoq. sanctus ille Redemptoris Spiritus, venit, ex pacto, Deum quidē inter & Mediatorē f. Redemptorē, fratrisimī Juris, at nostri respectu non nisi gratuitifavoris & amoris, & ex illo consumatissimæ satisfactio- nis pacto, illius quoq. federis, de non recessuro ab Ecclesiā N. T. Sancto SPIRITU, ex hoc tempore usq. in seculū conciliator, & per meritū Impetrator, unde jam placatus Sioni Deus

auto-




*serfos à defectione in Iacob atinebat, ordinemq; derivandarū illarum gratiarū à CAPITĒ  
 IN MEMBRA ternario subordinato publicat, Ecclesiazq; perillud: DICTUM JEHOVĒ,  
 ac illud absolutū **DN̄** i. e. Ego, inqvā, **JEHOVA** v. 21. confirmat. Testatur sc̄. in illo fe-  
 dere I. SPIRITUM S. bono Ecclesiaz, in Redemptore Messia *πνευματος* plenissimēq; residere,  
 & nec illū, nec Verba Dei posita in ore Messia, recessura ab illo esse, qvin ex ejs plenitudine pro-  
 fluxura in semen Messia, & semen seminis. 2. Nec recessurum illum SPIRITUM, in  
 Verbo qvarendum, ex ore seminis MESSIÆ. 3. Nec ex ore seminis seminis, adusq; in secu-  
 lum, quod, adeo pactū de Spiritu S. ab Ecclesiā N. T. non recessuro, trino, ipsoq; sic Trinita-  
 tis sacrosimā ob signatur Sigillo: Dicit JEHOVA v. 21. Et hujus quidē federis com-  
 plementū in primo, secundoq; gradu luculentū. Quomodo enim non SPIRITUS DEI fu-  
 erit in Christo, qvoad carnem, per supernaturalē *επιγεννησις* S. Spiritus producto, Luc. I. 35.  
 Spiritu S. sine mensurā inuncto, Joh. III, 34. sic ut plenus ipse Sancto Spiritu Luc. IV, 1. &  
 Apostolos baptizaverit Sancto Spiritu, & Ecclesiaz donaverit illum VERITATIS  
 Spiritum, sicut Paracletum in Ecclesiā adusq; consumationem seculi mansurum & cre-  
 dentes in omnem veritatē ducturū Joh. XIV, 16. Act. I, 5. De semine autem MESSIÆ &  
 semine seminis ex Ps. xxii, 31. ex Isaia LIII, 10. Joh. XVII, 6. 9. 10. Joh. I, 16. planissimē  
 omnia constare poterunt. Ubi autē qvarendus hodie ille SPIRITUS? Utrum fortē Ro-  
 mæ, in uno solo Rom Pontifice, in qvo originaliter resideat, usq; ad eō, ut si ille preciperet  
 vitia, & prohiberet virtutes, teneatur Ecclesia credere, vitia esse bona, & virtutes malas, nisi  
 velit contra conscientiam peccare? prout Bellarm. l. 4. de R. P. c. 2. & 5. Atq; talis, non  
 VERITATIS ille: sed seductionis Spiritus est i. Ioh. 4, 6. An forte qvarendus in Conci-  
 liis? Atq; confessore Bell. l. 3. de Eccl milit. c. 10. fieri potest, ut totum generale Conciliū  
 fide verā careat. An autem, qui SPIRITUS fidei est i. Cor. IV, 13. in talibus cathedram  
 habeat? Ubi ergo requiescit Sanctus ille Spiritus? Requiescit sine mensurā in CHRISTO  
 Ies. XI, 2. c. XLII, 1. cuius illud: SPIRITUS DOMINI DOMINI est super me  
 Ies. LXI, 1. Requiescit in credentibus, salvā unā fide, per discrete charismata manifestus,  
 unus idēq; Spiritus, distribuens unicuiq; sicut vult i. Cor. XII, 7. II. Requiescit in pauperibus  
 Spiritu, in lugentibus, in mansuetis, in esurientibus & sitiētib; iustitiam, in misericordibus,  
 in mundā corde, in pacificis, in illis, qvi iustitia causā persecutionem patiuntur, & conviciis  
 afficiuntur Matth. V. a v. 3. 4. & seq. cap. XI, 28. Hic Cathedra S. Spiritus, hic templum  
 est. In his quiescit Sanctus ille, qui, quia est *πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ*, i. Cor. II, 12. ra-  
 tione suæ personalis originis, DEI, respectu CHRISTI, quem glorificat, Iohan.  
 XVI, 14. & ipiorum, quos inhabitat, & ad æternæ gloriæ coronam præparat, GLORIE  
 SPIRITUS est, quem, quisquis illi velut imaginario Numini, ejusq; fidelibus insultat,  
 blasphemat, quisquis divinam S. SPIRITUS majestatem, ipsumq; vo-  
 omni creaturā incomparabiliter eminentiorem Deum, Deiq; SPIRITUM celebrat, &  
 vel sub ipsa cruce constans perseverat, glorificat. Atq; hoc agamus, o Cives, & hos  
 dies, sub Christi federe, Pentecostali Solemnitati festos, sic eōdamus, ut ex religioso cul-  
 tu ac devotissimā dulcissimā Contolatoris invocatione, gaudium S. Spiritus concipiamus,  
 ac, omne id, per quod exacerbari & dolore affici, inq; inimicum nobis converti possit,  
 Sanctus ille Spiritus deserta ac sollicitē evitātes, & vel in afflictionib; gaudētes, certi-  
 ssum Dei & gloriæ Spiritū (quod vult comma Petrinū inter præmissa tertium) super nos  
 requiescere, eundem cum omni tempore, tum hāc inprimis pentecostali festivitate glorifi-  
 cemur, sui cum DEO Patre & Iesu Christo sit gloria & robur in secula seculorum!*

**P. P. In ipso solempni Pentecostes Sub Sigillo Rectoratus  
 d. XIX. Maji A. O. R. CIO. DC. LXXIII.**












um, & vel respectu totius Ecclesie Corporis, vel singulorum live cor-  
 porum, & credentium, ut fideles ad usq. mortem per-  
 RITUS in intimo Ecclesie positus, jam inde ab orbe antedi-  
 do Gen. VI. 3. Joh. XVI. 8. mentem illuminando, voluntatem fle-  
 accendendo, vel, ut stilo id exprimamus Prophetico, cor lapid-  
 cor; Spiritumq. nobis singulis, SPIRITUI S. presentem in Eccle-  
 do, & ut in statutis Dei ambulent, ac jura Dei faciant, in illis f. 1.  
 XI. 19. c. XXXVI. 26. 27. Phil. II. 23. Contritos pauperesq. Spiritu-  
 rum modo onusta obratur, reficiendo, bibosq. conservando, & illi  
 & corpora velut sua templa inhabitando, ac ubi consilio suo pi-  
 nam) recipiendo, Jesh. LVII. 19. 20. Mat. XI. 28. Pf. LXXIII. 24. F.  
 illas, qvomodo ille benedictio Domingus Deus Israel SPIRITUS illi  
 qui a seculo fuerunt Prophetarum suorum, locutus Luc. I. 68. 76. 1. l.  
 19. 20. qvomodo SPIRITUS ille laborum Messie H. XI. 4. Davia  
 amannum Psalmis Israelis reddiderit. Sam. XXIII. 1. 2. Marci X.  
 modo prophetarum Scholas seipso luit; flaminis Sacratissimo  
 qvando impetu impleverit, sic ut vel Saul ingressus, dereper-  
 onem adagio sacro dederit: Numquid Saul inter Prophetas? 1. s.  
 S. SPIRITUS presentiam vivit & vegetatur Ecclesia, unde cui  
 educanda esset, ne huic novella, in Judea plantanda, illa  
 TUS, in ipso sacratio materiali Mosaico nube gloriosa tabern-  
 ritu ex Propitiarii operculo e medio Cherubinorum loqvente, sig-  
 olim gloria, illa sc. de qua Nech. c. IX. 20. SPIRITUM tuum O-  
 disti illi, blandissime Deus per Ezechielem: Ego, inquit, SP-  
 bestri, ut REVIVISCATIS c. xxxvi. 27. c. xxxvii. 14. nec minu-  
 nicis jam educta acclamatur in Haggzo c. II. 4. s. Ego Jesh-  
 VERBO, & SPIRITU meo stante in vobis, NE timeatis! Ac licet  
 T. post Malachiam non jam amplius S. SPIRITUS Prophetas li-  
 phetiam Canonicam scriberent, qvo respectu Judaeorum Mag-  
 defuerint, numerat Spiritum S. & Shechinam s. presentiam n-  
 tamen illa S. SPIRITUS presentiam, qvin & qvoddam Propheti-  
 MESSIAE tempora, testis annosus Sacharias repletus Spiritu  
 tia ejusq; Antecessore magnificentissimo Luc. I. 67. Testis et  
 Spiritus nunciatus a Spiritu S. ipsum non visurum mortem priusq; vi-  
 MINI Luc. II. 25. 26. Testis idem, iuculentus propheta & de-  
 resurrectione multorum in Israel, inq; signum avti λεγομενον, &  
 33. Testis Anna Prophetissa, Testes illi qvi memorantur Hiero-  
 & consolatione Israelis Luc. II. 25. 38. Testis vel ipse, etiam corri-  
 oraculum illud edens: Conducere ut unus homo moriatur pro p-  
 ex semetipso non dixit, sed qvum Pontifex maximus esset,  
 pro gente moreretur, edidit Joh. XI. 50. 51. Et jam venit Sioni R-  
 habet oraculum Isaianum Redemptor, etiam merito (prout gentibus)  
 tamen salutarisq; perceptionis respectu, non omnibus: sed solis  
 fia manifestati tempora, in Jacob s. Judaeis, regnum obtinebat  
 strum, revertentibus c. LIX. 20. Veniente autem REDEMTORE, v-  
 toris Spiritus, venit, ex pacto, Deum quidem inter & Mediator  
 rum, at nostri respectu non nisi gratissimi favoris & amoris, & ex il-  
 onis pacto, illius qvoq; federis, de non recessuro ab Ecclesia  
 tempore usq; in seculum conciliator, & per meritum Impetrator, u-



the scale towards document

VIVANT, HVC  
 modo SPI-  
 redarguen-  
 nobis motus  
 carnei, vel  
 tibus, dan-  
 I. 18. 19. Ez.  
 ma peccato:  
 saltem: sed  
 carni (exter-  
 ec speciales  
 er os omniu,  
 I. 31. Apoc.  
 quq; caelesti  
 IV. 25. qvo-  
 perabili ali-  
 ctus occasi-  
 6. Atq; illa  
 ut sepulcro  
 S. SPIRI-  
 S. S. Spi-  
 c. XL. 3. )  
 Nigentiā de-  
 nā in medio  
 ris Babylō-  
 bohiscū, cum  
 plo 2. in V.  
 llo acti Pro-  
 2. templo 2.  
 non defuisse  
 ; felicissima  
 beta de Mes-  
 cui fuerit di-  
 M ihū DO-  
 o in casum &  
 uris v. 32. 34  
 redemptionē  
 has Pontifex,  
 sperat, qvob  
 fore ut Jeshu  
 od alterum  
 tib; actualis  
 e circa Mes-  
 Sanctorū Pio-  
 us ille Redem-  
 tri Eleismi Ju-  
 nae satisfacti-  
 RITU, ex hoc  
 s Sioni Deus  
 auto-